

mut potest Episcopus in foro interno absolvere. *Trident. sess. 24. de Reform. cap. 6.* Secus si sit notorium, vel deductum ad forum contentiosum. Episcopus quidem jure speciali potest absolvere ab excommunicatione ob percussione gravem, & enormem Moniales. *C. 33. h. t. & alias* quascumque mulieres, etiamsi Pontificem possint adire, cum earum peregrinatio sit periculosa. *C. 6. cap. 13. h. t.* item Clericos in eodem seminario commorantes. *C. 9. de Vita, & honestat.* Impuberes etiamsi post pubertatem petant absolutio-nem. *C. 1. cap. 58. cap. fin. h. t.* Servos, non verò famulos. *C. 37. h. tit. senes,* agrotos, claudos, cæcos, & alios, quos-cumque ratione muneris, vel itineris, pestis, vel belli habentes impedimentum: ita ut eis valde difficile sit Pontificem adire. Ita tamen, ut habentes impedi-mentum, non perpetuum debeant jura-re, Romanum Pontificem, vel ejus Lega-tum adituros, impedimento cessante, *cap. 13. h. t. nisi impuberes sint. Suar. de Cens. D. 22. sect. 1. ex n. 63. Laer. lib. 7. n. 300.* Non tamen tenentur Nuntium, vel litteras mittere, qui in sua persona sunt impediti. *Sayr. Thesaur. L. 3. cap. 28. num. 38.*

419 Episcopus quidem absolvit Reli-giosum, non exemptum percipientem. Cle-ricum Sæcularem, nisi percussio gravis, vel enormis esset: nam tunc Sedem Apos-tolicam debet adire. *C. 21. h. t. in 6.* Imò, & Religiosum exemptum, sed cum consensu Prælati Regularis. *C. 32. h. t.* Prælati Regularis etiam Locales, ut Abba-tes, Guardiani, Priores, vel Rectores possunt absolvere suos Religiosos, alios ejusdem Communitatis percipientes leviter, vel graviter. *C. 2. h. tit. Imò, & enormiter; licet non de Jure Communi. C. 50. h. t.* Saltem ex privilegio; quale habent Mendicantes. Si Abbas indebite percusserit Monachum, absolvi valet à Confessario per Abbatem electo. Etiam potest Abbas absolvere suos subditos, si percipientes Religiosos alterius Monasterii; sed non aliter, quam præsentem superiorem percussi, ut utriusque consensu satisfactio imponatur. *C. 32. h. tit.* Nisi percussoris Prælati suas vices committat Superior percussit. Idem ac de Religiosis dicendum est de Novitiis. *C. 32. h. tit.* etiamsi ante ingressum percussissent. Si verò ante professionem egrediantur, cum jam cesset impedimentum, & privilegium debent Pontificem adire: alias rursus in-ident in excommunicationem. *C. 22,*

h. tit. in 6. Si Monachus Abbatem pro-prium percutiat, de Jure Communi abso-lutio spectat ad Episcopum; sed juxta privilegia Religionum spectabit ad Abba-tem Superiorem, vel poterit absolvi ex potestate delegata ipsius Abbatis. *Suarez, de Cens. D. 22. sect. 1. ex n. 71. Lacroix, lib. 7. num. 321. Navarr. Molin. & alii.* Regulares Mendicantes saltem possunt absolvere in foro interno, Sæculares quoscumque, etiamsi percussio sit enor-mis; quia solum casus Bullæ Cœnæ excipiuntur in eorum privilegiis, & percus-sio occulta, etiam enormis, ibidem non est comprehensa. Itaque hodie post Tri-dent. Solum tenetur se Romano Pontifici sistere ille, qui, stante impedimento, fuit absolutus à non habente potestatem, vel etiam, qui fuit absolutus ab Episco-po, si censura, quæ erat occulta dedu-catur ad forum contentiosum; *in L. 4. tit. 9. p. 1. afferuntur 13. casus, in quibus Clericum percipientem non tenetur Ro-mam adire, ut possit absolvi, & ibi Gregor. Lop.*

420 Secunda censura, de qua in se-cunda parte Rubricæ agitur, est *suspensio*, quæ sic definitur: *Suspensio est cen-sura, qua Clericus prohibetur aliquas func-tiones Ecclesiasticas exercere. L. 14. tit. 9. p. 1. ibi: Suspension, tanto quere decir, como tener el home colgado, è non lo dexar usar de su oficio, nin de su beneficio, non gelo tolando del todo.* Dicitur *censura*, in quo convenit cum excommunicatione, & interdicto per cætera verba ab ipsis differt, siquidem excommunicatio, & interdictum, etiam in Laicos feruntur: se-cus suspensio, quippe solum Clerici sunt capaces officii, & beneficii Ecclesiastici, quibus privat suspensio, & licet excom-municatio privet functionibus Ecclesiasticis; privat diversa ratione, ac suspensio. Nam hæc eis privat, quatenus sunt usus Ecclesiasticæ potestatis, quæ ab officio, vel beneficio procedit; excommuni-catio verò eis privat, quatenus sunt quadam communicationes cum fidelibus. Deinde differt ab interdicto, quia hoc privat aliquorum Sacramentorum recep-tione, Divinis Officiis, & sepultura Ecclesiastica, quibus non privat suspensio. Hæc censura, sicut & reliquæ, vel à jure, vel ab homine inferitur, & alia est *lata*, alia *ferenda sententia*. Item suspensio alia est *totalis* ab officio, scilicet, & beneficio simul: quia, scilicet, Clericus utroque privatur, & talis esse intelligitur, non solum quando exprimitur in

jure: sed quando absolute, & simplici-ter profertur. Alia est *partialis*, & po-est esse, vel à solo officio: quia quis re-movetur ab exercitio ordinis, vel juris-dictionis: & etiam potest esse à certo be-neficio, si plura habeat suspensus, vel etiam ab aliqua parte beneficii; v. g. di-midia parte fructuum. *Suarez, de Censur. D. 25. sect. 2. Laer. lib. 7. num. 395.* Li-cet suspensio fieri debeat absolute, hoc est, sanè certa temporis determinatione, aliquando pro certo tempore fertur, quo elapso, cessat, etiam sine absolu-tione: sed hæc potius delicti pœna, quam censura est.

421 Suspensionem ferre potest regu-lariter, qui potest excommunicari, ac proinde debet esse Clericus. Et licet *in cap. 12. de Major. & obed.* videatur, Abba-tissam suspensionem tullisse, non prop-riè suspensio, sed prohibitio fuit. *Gloss. in cap. 12. de Major. V. Jurisdictionem.* Et quidquid sit, an olim validè potuisset Episcopus Clericos suspendere sine consensu Capitali, *cap. 1. de Excessib. Prælat. cap. 6. 15. q. 7.* Hodie tamen, etiam sine tali assensu possunt Episcopi suspensionem ferre: vel quia sic consuetudine est in-ductum: vel quia nunquam illa dispositio, *cap. 6. 15. q. 7.* fuit ab Ecclesia ad-missa: quippe desumpta fuit à Concil. Cartaginensi Provinciali: quod ex se nequit universalem Ecclesiam obligare. Sus-pensio non fertur, nec à jure, neque à Judice, nisi ob culpam gravem, quia cum grave malum sit, gravem supponit culpam, ut contra *Nav. Cajet. Henr. & alios tenet com. DD.* Nisi forte à Judice aliqua suspensio ad breve tempus feratur: nam tunc probabiliter potest ob culpam venialem imponi. *Suarez, de Cens. D. 28. sect. 4. Sanchez, de Matrim. L. 9. D. 32. n. 9.* Et cum culpa tantum suos auctores tenere debeat, non potest ferri suspensio propriè talis contra aliquem ob alterius culpam, *cap. 7. D. 56. cap. 2. de His, quæ fiunt à major. parte capit. Nav. Man. cap. 27. n. 151. Suar. de Cens. D. 28. sect. 4. n. 3. Sanchez, de Matr. L. 9. D. 32. n. 9. Laer. lib. 7. n. 396.* Si deest culpa, non est propriè suspensio, ut *in cap. 14. de Temp. ord. cap. 1. de Ordinatis ab Episcop. qui renunt.* Quando suspenditur Communitas, personæ illius innocentes non suspenduntur, quoad actiones, & munus, quod exercere possunt, ut particu-lares; sed solum quoad actio est Communitatis, quia talis. *Laer. lib. 7. n. 396.* Ad suspensionem non requiruntur ver-

ba determinata; sed ea tantum, quæ il-lam sufficienter declarent. Debet tamen in scriptis ferri, ibidem ejus causa ex-pressa. Quod si Judex aliter faciat, per-mensem suspenditur à Divinis, & in-gressu Ecclesiæ, & Superior illum ad expensas, & interesse, imò & ad aliam condignam pœnam condemnabit; *arg. cap. 1. h. t. in 6.* Et quando ad correctio-nem delinquentis imponitur, debet præ-cedere monitio; alias non constat Eccle-siæ de contumacia: secus est, si tantum in puram pœnam delicti infligatur, *c. 33. de Testib. cap. 5. h. t. in 6.*

422 Suspensio propriè non potest ferri in Laicos, etiamsi Religiosi sint: quamvis hæc ratione aliquomodo, sint personæ Ecclesiasticæ. Hæc namque cen-sura dicit in suspensio capacitate ordi-nis, aut beneficii, à quo suspenditur, vel ab ejus consecutione, quæ cum deficiat in Laicis, hinc est, quod non possunt propriè suspendi. *Navarr. Man. cap. 17. ex num. 150. Suar. de Cens. D. 28. sect. 2. n. 1. Laer. lib. 7. n. 395.* Quando Laici suspenduntur à communione Eucharis-tiæ, non est propriè suspensio: sed pars excommunicationis majoris, quæ Sacra-mentorum receptione privat. Similiter Abbatis, non propriè suspenditur ab aliquo actu Ecclesiastico ratione jurisdic-tionis Ecclesiasticæ, vel ordinis Clericalis; sed tantum suspenduntur ab actibus, & officio Æconomico. Ut ergo aliquis propriè suspendatur debet esse viator, seu vivus. Nam mortuus non suspendi-tur, licet ob suspensionem antecedentem possit fructibus privari. Et insuper debet esse Clericus, saltem prima ton-sura initiatus; nec obstat, quod jam alias sit suspensus: nam suspensiones non solum quando sunt diversæ ratio-nis, sed etiam si ejusdem rationis sint, pro multiplicitate causarum multiplicari possunt. Communitas Clericalis, sive quoad communitatem, sive quoad personas singulares suspendi potest. *Suar. de Cens. D. 28. sect. 3.* Suspensio generalitèr lata in Clericos, etiam Religiosos, qui Clerici sunt, comprehendit: secus Episcopos, nisi de eis fiat expressa mentio, *cap. 4. h. t. in 6.* etiamsi tantum confirmati sint. R. Pontifex non potest ulla suspensione com-prehendi: quia est suprâ totum Jus Pos-sitivum, *cap. 4. de Conces. Prab. Suar. de Cens. D. 28. sect. 2. per tot.*

423 Cum suspensio sit odiosa, & pœnalis potius restringi, quam extendi debet, *cap. 15. de Reg. jur. in 6.* Ita ut præ-c-

cise intelligitur secundum verborum proprietatem. *L. 17. tit. 7. p. 1. ibi: Ca la pena non se extiende à mas de quanto dice la sentència del Derecho, ó del Prelado que la da.* Et postea in particulari affert casus, ad quos restringitur, vel extenditur suspensio. Hinc, si suspensio absolute sit ab officio ab omni officio, tam ordinis, quam jurisdictionis suspendit; quia hæc omnia veniunt nomine officii, ac proinde sic suspensus non poterit celebrare Missam, Sacramenta administrare, concedere indulgentias, nec eligere: imò nec ad beneficium eligi; *arg. C. fin. de Cleric. excomm. quia suspensus est ab officio, propter quod datur beneficium. C. fin. de Rescript. in 6.* Et probabilius erit electio ipso jure irrita; *arg. cap. 8. de Elect. & qualitat.* poterit tamen sic suspensus temporalem jurisdictionem, si quam habet, exercere, ingredi Ecclesiam, ibique Divinis assistere, Sacramentaque recipere, sicut ceteri Laici: quin, & vocem in Capitulo habere, cum hoc non sit actus ordinis, vel jurisdictionis Ecclesiasticæ: Hoc enim etiam Laicis aliquando conceditur. Potestque beneficium retinere, fructusque ex eo percipere, si per alium obligationibus beneficii satisfaciatur; alias suspensus ab officio, esset eo ipso à beneficio suspensus, & superflua distinctio fieret inter suspensionem ab officio tantum, à beneficio, tantum, & ab utroque simul. *Suar. de Cens. D. 26. sect. 3. n. 4. Sanchez. L. 3. de Matr. D. 51. n. 12. & plures alii contra alios variè sentientes.* Suspensus ab ordine, non censetur à jurisdictione suspensus, ac proinde potest ea uti, si actum ordinis non includat: ne quod una via prohibetur altera concedatur contra *cap. 84. de Reg. jur. in 6. v. g. Episcopus ab ordine suspensus, licet non possit audire confessiones, quia actus ordinis est, potest alteri facultatem absolvendi delegare, quia est actus jurisdictionis. Similiter, qui ab aliquo ordine determinato est suspensus, potest exercere actus ordinis inferioris, vel superioris, quatenus non includat actum prohibitum. Sic Episcopus à Pontificalibus, seu ordine Episcopali suspensus, licet exercere non possit actus ordinis Episcopalis, tamen potest exercere actus ordinis Sacerdotalis, v. g. potest audire confessiones, Missam, sine Pontificalibus celebrare, & alia hujusmodi, suspensus ab officio Sacerdotali, potest Epistolam, ut Subdiaconus: vel Evangelium, ut Diaconus cantare. Sacerdus suspensus ab ordine Diaconati*

potest confessiones audire, vel solemniter baptizare, quia hæc actiones, non continent actum prohibitum, non tamen poterit Missam celebrare, quia hæc actio continet actum Diaconatus prohibitum. *Suar. de Cens. D. 26. sect. 4. Lacr. lib. 7. ex n. 398. & alii.* Suspendio à beneficio absolute lata intelligitur de omnibus beneficiis, quæ habet suspensus, nisi aliud ex intentione ferentis, & circumstantiis colligatur, *cap. 37. de Elect. in 6.* Qui ergo à beneficio suspenditur non privatur beneficio, ac proinde non est immunis ab ejus oneribus, sed tantum beneficii administratione, & ejus fructibus privatur, *cap. 1. §. de Elect. in 6.* adedque beneficio suspensus, non potest illud commutare, nec resignare, nec illius bona, nec fructus vendere, &c. Cum hæc omnia administratio, quædam, & usus beneficii sit. Non tamen privatur distributionibus quotidianis, quæ ex fundatione aliqua particulari proveniunt, secus si ex ipsis fructibus sint extractæ: imò nec privatur, jure eligendi, vel conferendi beneficium, nam est distincta potestas, *cap. 7. §. fin. de Elect. Suar. de Cens. D. 27. sect. 1. Lacr. l. 7. n. 395. & 401. contra Navar. Man. cap. 27. n. 160. Henr. L. 13. cap. 32. & alios, qui jure eligendi privati defendunt.*

424 Suspendio verè, & proprie talis, quæ scilicet, ut poena medicinalis ad corrigendum delinquentem infligitur solum per absolutionem tollitur. Et quidem, si à jure sit lata, & non specialiter reservata, potest Episcopus, vel ab eo delegatus ab ea absolvere, *cap. 25. h. t. ibi: Quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem, sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.* A suspensione ab homine lata regulariter solum absolvit, qui eam tulit, vel ejus successor, vel delegatus. Et licet superior possit valide sententiam inferioris relaxare, illicitè facit: nam sic inferioris auctoritas contemneretur: licet tamen absolvat Superior, si fortè sit appellatum ab inferioris sententia, *cap. 40. h. t. vel si ad ipsum recurratur, quia inferior sine debita solemnitate sententiam tulit, cap. 1. h. t. in 6.* Nec obstat textus in *cap. 13. §. Credentes, de Heret.* nam loquitur de degradato, & ideo solum à Pontifice possunt restitui. *Navar. Man. cap. 27. n. 162.* Suspendio pro tempore determinato, vel sub aliqua conditione lata, cessat, etiam absque absolutione,

tem-

tempore elapso, vel impleta conditione. Quippe actus agentium non operantur ultra agentium voluntatem. *L. 19. ff. de Rebus credit.* tempore tamen intermedio potest tolli ab eam ferente, vel successore, vel superiore ipsius. A suspensione, quæ per modum puræ poenæ est inflicta, si proveniat ex delicto occulto, non deducto ad forum contentiosum potest absolvere Episcopus. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 6. Item, & Regulares juxta sua privilegia pro foro interno.* Et licet Episcopus non possit absolvere à suspensione perpetua, quæ per modum puræ poenæ est inflicta, probabiliter potest absolvere ab ea, quæ sine temporis determinatione est lata: nam talis suspensio differt profectò ab ea, quæ expressè fertur in perpetuum. *Suar. de Cens. D. 29. sect. 1. n. 19. Covarr. & alii contra Navar. Man. cap. 27. n. 162. & alios.* Absolutio non requirit alia verba, quam quæ sufficienter intentionem absolvendi significant, sive à puribus suspensionibus, si plures sint incurse, sive ad cautelam absolvat. *Suar. de Cens. D. 29. sect. 3.* Nec est necessarium præmittere absolutionem à suspensione ad confessionem Sacramentalem, sicut est necessarium absolvere ab excommunicatione. Suspensus toleratus, seu non denunciatus, licet non possit licite se ingerere exercitio, à quo est suspensus, actus tamen valebit. Si tamen à fidelibus ad hoc requiritur, & prius non possit absolvi à suspensione, licet potest illum actum exercere; secus dicendum est de denunciato: nam hic solum potest tale officium exercere in urgentissima necessitate: alias actus cujus valor ab Ecclesia dependeat, uti est jurisdictio, & beneficium, nullus, & irritus erit: & præterea, peccatum incurret, & quidem ex genere suo mortale, cum gravem censuram, & præceptum Ecclesiæ violat. Aliquando erit veniale ex parvitate materiæ; v. g. si ab ordine suspensus ordinis minoris officium exerceat, cum hoc etiam à Laicis frequenter fiat. *Navar. Man. cap. 27. n. 168. Suar. de Cens. D. 28. sect. 5. n. 6. Lacr. lib. 7. n. 395.* Violans suspensionem ab ordine, exercendo solemniter illius officium irregularis est: secus si violat suspensionem à beneficio, vel jurisdictione: quia solum pro illo casu, est stabilita irregularitas, & non debet extendi ad casus non expressos: licet violans suspensionem à beneficio debeat eo privati. *C. 1. §. fin. de Elect. in 6.*

425 Interdictum, est censura Ecclesiastica, per quam prohibetur participatio certorum Sacramentorum, omnium Divinorum Officiorum, & Ecclesiastica sepultura, quatenus hæc omnia spectant ad Divinum cultum. *L. 14. tit. 9. p. 1. ibi: Entredicho tanto quiere decir en latin, como vedamiento en romance, que pone por pena, sobre los logares en que sacen las cosas, porque deben ser entredichos.* Per prima verba convenit cum aliis censuris, à quibus per ultima differt, siquidem interdictum his rebus privat quatenus sacræ sunt: excommunicatio, quatenus sunt quedam cum fidelibus communicationes: suspensio, quatenus sunt actus potestatis; aut ministerii Ecclesiastici. Interdictum aliud est locale, aliud personale. Locale est cum locus immediate afficitur interdicto, ne ibi fiant functiones sacræ tempore interdicti prohibita, licet extra talem locum existentes non liget. *C. 16. h. t. in 6.* Et hoc rursus, vel est generale, quando scilicet locus generalis, plura alia loca sub se continens interdictum; v. g. Regnum, provincia, Diocæsis. Vel est speciale, quando unus particularis locus interdictum; v. g. una Ecclesia. Hinc est, quod cum interdictum locale, non tam personam, quam locum afficiat, ne ibi celebrentur Divina, obligat Sæculares, Regulares, incolas, exteros, & etiam exemptos, nisi speciale super hoc habeant privilegium. *C. 4. c. 10. de Privil. in 6.* imò & ipsum, qui interdictum impositum. *Navar. Man. cap. 37. n. 161. Lacr. l. 7. n. 414.* Et quidem interdictum locale secum affert interdictum personale illorum, qui causam interdicto dederunt, ita, ut ipsi, nec in loco interdicto, nec etiam alibi possint participare Divina. *C. 16. h. t. in 6. Suar. de Cens. D. 37. sect. 1. n. 15.* Interdictum personale est, quando immediate ipsis personis prohibetur, ubique exercere functiones sacræ per interdictum prohibitas: & personas interdictas ubicumque committatur. *C. 16. h. t. in 6.* Hoc iterum, vel est generale, quando scilicet, aliud corpus Politicum interdictum; v. g. si feratur in incolas aliqujus Regni, Provinciæ, Civitatis, Collegii, vel cujuscumque Communitatis. Vel est speciale, quod scilicet, fertur in aliquam particularem personam: vel determinate; v. g. in Titium: vel in genere, in quemcumque talis Legis transgressorem. Quodcumque ex his interdictis, vel potest esse totale, quod scilicet, habeat omnes effectus interdicti: vel tantum

par-

392
partiale, quod certus, & non omnes interdici effectus habeat; v. g. privationem sepulturae tantum.

426 Interdictum, quando absolute fertur, & non restringitur ad certum effectum privat. 1. Collatione, & susceptione quorundam Sacramentorum. c. 43. h. t. c. 16. C. Alma mater, eod. in 6. Privat enim susceptione Eucharistiae in loco interdicto etiam personas non interdictas. c. 11. de Pœnit. & remis. c. 57. h. t. c. fin. eod. in 6. In periculo mortis, undecumque provenient, potest, ministrari Viaticum, etiam illud deferendo ad domum ægrotorum cum solita solemnitate. c. 10. de Celebrat. Missar. Imò & his, qui causam interdicto dederunt, vel specialiter sunt interdicti, potest ministrari, sed non aliter quam præstita condigna satisfactione: vel si non possint, cautione pignoratitia, vel fidejussoria, vel saltem juratoria præstita. c. 11. de Pœnit. & remis. c. 57. h. t. c. fin. eod. in 6. Religiosi utriusque sexus habent privilegium suscipiendi Eucharistiam etiam tempore interdicti. Extrema-Untio nequit ministrari tempore interdicti, etiam illis diebus, nec ab illis Sacerdotibus, quibus exercere Divina permittitur in C. fin. h. t. in 6. Nisi ægrotus aliud Sacramentum nequeat recipere: vel ad hoc detur speciale privilegium, quale habent Mendicantes. Ordo non potest ministrari in loco interdicto, & personis specialiter interdictis: bene tamen in loco interdicto personis generaliter interdictis. c. 43. h. t. Navarr. Man. c. 27. n. 179. Suar. de Cens. D. 33. sect. 1. n. 45. Covarr. in C. Alma, p. 2. §. 3. & alii. Matrimonium non potest celebrari à personis specialiter interdictis, si in contumacia persistant: nam obicem gratiæ per Sacramentum recipiendæ ponunt; imò, nec contrahi potest in loco interdicto à personis generaliter interdictis: nam matrimonium est unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, quin possit hac ratione exui, etiam si aliunde contractus sit. c. 8. de Divort. Trid. sess. 7. Can. 1. de Sacr. in gen. Et sess. 24. de Matr. Can. 1. ac proinde ejus receptio sicut aliorum Sacramentorum tempore generalis interdicti est prohibita ex generalitate. c. 11. de Sponsal. L. 15. tit. 9. p. 1. ibi: *Nin dar los Sacramentos, fueras ende el baptismo.* Suar. de Cens. Ugolom. Bonac. & alii. contra Covarr. in C. Alma, p. 2. §. 2. n. 7. Navarr. Man. cap. 27. n. 179. Sanch. de Matr. L. 7. D. 8. n. 2. & alios plures. Qui facile concedunt, nup-

tias non posse benedici, nisi in festivitibus contentis in C. fin. h. t. in 6. Nec obstat testus in c. 4. de Feris, ibi: *Quod licet ea sit Romana Ecclesie consuetudo, ut quocumque tempore matrimonium contrahatur consensu interveniente legitimo de presenti.* Nam hoc potest intelligi, de quocumque tempore non prohibito; vel certe, quod licet possit omni tempore contrahi matrimonium, ita ut sit validum, non tamen ita ut etiam licitum sit. Ita Suar. de Cens. D. 33. sect. 1. num. 51. Baptismus ob ejus necessitatem tempore cujuscumque interdicti, etiam solemniter ministrari potest, tam parvulis, quam adultis. c. 19. h. t. in 6. Minister specialiter interdictus solum in casu necessitatis potest privatim baptizare. Similiter confirmatio cum solitis ritibus, & caremonis potest ministrari; quia tanquam baptismi complementum censetur. c. 19. h. t. in 6. Generaliter tantum interdictus, & ministrare, & recipere hoc potest Sacramentum; secus specialiter interdictus. c. 16. h. t. in 6. Pœnitentia Sacramentum olim tantum concedebatur moribundis, & peregrinis. c. 11. de Pœnit. & remis. Hodie ob ejus necessitatem omnibus permittitur, exceptis illis, qui interdicto causam dedere, nisi prius satisfaciunt; vel si non possint, cautionem pignorum, vel fidejussoribus presentent: vel si hoc non possunt, saltem jurent, se satisfacturos cum primum possint. C. fin. h. t. in 6. Generaliter interdictus potest hoc Sacramentum ministrare: secus specialiter interdictus. Sed cum tale interdictum, non jurisdictionem, sed tantum usum Divinorum tollat, quamvis illicitè, validè tamen Sacerdos specialiter interdictus & denunciatus ministrabit. Suar. de Cens. D. 33. sect. 1. ex n. 13. Nav. Cov. & alii com.

427 Interdictum privat Divinis Officiis. c. 57. h. t. c. fin. eod. in 6. L. 15. tit. 9. p. 1. Nomine Divini Officii veniunt actiones Sacræ primò, & per se alicui Ordini Sacro annexæ: quæ à solis Clericis peraguntur, ut Sacrificium Missæ, horæ Canonice, Officium B. Virginis, Psalmodiarum, Litaniarum, & aliarum Sacrarum precum decantatio, si solemniter in Choro cantentur. Et huc reduciuntur, etiam recitatio publica, & solemnibus horarum Canoniarum, à Monialibus facta. Item prohibentur benedictiones chrismatibus, olei, fontis baptismalis, Templorum, aque benedictæ, vestium, aut vasorum Sacrorum, nuptiarum,

rum, cereorum, in die Purificationis, Ramorum in die Palmarum, consecratio Altaris, & alia hujusmodi. Non tamen prohibentur, quia nomine Divinorum Officiorum non comprehenduntur, concio, cum non ad Deum colendum, sed ad instructionem Populi dirigatur; nec Mensæ benedictio, vel recitatio privata Officii B. Virginis, vel Psalmorum absque Ordine Divini Officii, nec recitatio Litaniarum, vel Salutationis Angelicæ, vel aliorum precum, vel itinerarii Clericorum, nec adoratio non solemnibus Crucis in feria 6. Hebdomadæ Sanctæ: possuntque pulsari campanæ pro concione, vel Salutatione Angelica. Etiam licent alia privatæ orationes, etiam si publicè in Ecclesia fiant. Imò possunt Clerici, non solum in domo privata, vel in campo, sed etiam in Ecclesia bini, vel terni dicere horas canonicas, non cantando, sed legendo. c. 11. de Pœnit. & Remission. Navar. in Man. cap. 27. Suar. de Cens. D. 33. sect. 3. & alii com. Olim permittebatur tempore interdicti semel in hebdomada Missam celebrare ad Eucharistiam conficiendam pro infirmis. c. 57. h. t. Quin, & hodie, hæc constitutio debet servari, quando locus specialiter, est interdictus, nam C. Alma Mater, h. t. in 6. Solum debet intelligi de interdicto generali locali, siquidem est extensio c. 25. de Privileg. quod tantum loquitur de locali generali infamigerato Text. in C. Alma Mater fin. h. t. in 6. Suspenditur interdictum in festivitibus Natalis D. N. J. Christi, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. M. Virginis. Ac proinde licet cum omni solemnitate celebrare Divina, possuntque fideles Sacrificio Missæ assistere: dum non sint specialiter interdicti, vel interdicto causam dedissent. Et probabiliter Eucharistiam suscipere possunt: Hanc interdicti suspensionem protraxerunt Mart. V. in Const. Ineffabile. Eugen. IV. in Const. Excellentissimum, ad festum Corporis Christi, & totam illius octavam; & Leo X. ad festum Immaculatæ Conceptionis pro nostra Hispania Suar. de Cens. D. 34. sect. 1. ex n. 37. In super in d. C. Alma. Ne Populi devotio tepescat, & Ecclesiæ priventur debitis obsequiis, conceditur, quod singulis diebus Missa, & Divina Officia possint celebrari in quibuscumque Ecclesiis, & Monasteriis: quorum nomine, etiam conventus Monialium, & Hospitalia erecta autoritate Episcopali, comprehenduntur: secus oratoria privata. Cov.

Tom. II.

in C. Alma, p. 2. §. 4. Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 8. n. 13. Debent tamen Divinæ Officia recitari sine cantu, & submissa voce, ita ut non audiantur ab his, qui extra Ecclesiam sunt, non debent pulsari campanæ, imò, nec campanula ad Sanctus: vel elevationem Hostiæ. Januæ debent esse, clausæ, nec foramen habere, quo Divina Officia videri possint; arg. Gl. 1. h. t. Excommunicati, & interdicti denunciati sunt excludendi: quin, & Laici, nisi forte admitti sit necessarium: v. g. ut in Missa Sacerdoti ministrent. Sylv. V. Interdictum, 5. Covarr. in C. Alma, p. 2. §. 4. Suar. de Cens. D. 34. sect. 1. ex n. 12.

428 3. Interdictum privat Ecclesiastica sepultura. c. 11. de Pœnit. & remis. ac proinde tempore generalis interdicti non possunt sepelire fideles, etiam infantes in loco Sacro, & probabilius, nec in festivitibus contentis in C. Alma Mater, nam solum loquitur hic text. de Divinis Officiis, non de sepultura. Gloss. in Cl. 1. de Sepult. Covarr. in C. Alma, p. 2. §. 5. Suar. de Cens. D. 35. sect. 1. n. 13. Laer. lib. 7. num. 421. contra S. Antonium, Navar. & alios. Clerici (quorum nomine veniunt in presenti, utriusque sexus Regulates, imò, & Novitii) possunt sepeliri in cæmeterio, & jam ex usu, in quocumque loco Sacro. c. 11. de Pœnit. & remis. Et probabiliter in Ecclesia specialiter interdicta, etiam aliena. Suarez de Cens. D. 35. sect. 2. n. 4. Cum silentio tamen, non pulsatis campanis, nec Officiis Divinis more Ecclesiastico dicendis. Non tamen possunt, etiam Clerici, sepeliri in loco Ecclesiastico, si interdicto speciali personali sunt ligati, vel si dederunt causam culpabilem interdicto, etiam personaliter interdicti, si non sunt nominatim denunciati, in loco Sacro non interdicto sepeliri possunt: nam ex Extr. Ad evitanda. Solum post denuntiationem privantur sepultura. c. 8. de Privileg. in 6. Imò, & denunciati nominatim, si dederunt signa pœnitentiæ. Et tunc, etiam post mortem, prius absolvuntur indirectè à censura interdicti. Laer. lib. 7. n. 421. Personaliter interdictus, sive generaliter, sive specialiter, & qui causam culpabilem interdicto dedit non sunt sepeliendi in loco Sacro, sed profano. c. 8. de Privileg. in 6. Qui ob interdictum generale loci est sepultus in loco profano, interdicto ablato, debet ejus cadaver in Sacrum locum transferri. Aliquando per interdictum privatur quis ingressu Eccle-

Ddd

sia.

sia. Sed cum hunc effectum non habeat ex se interdictum, requiritur specialis sententia, & quasi novum interdictum. Sic ergo interdictus, nullum Templum auctoritate Episcopali deputatum ad Sacra peragenda potest ingredi: nec ibi audire Divina Officia. *c. 15. 33. q. 2.* Nec Sacrum Ordinem exercere; *arg. c. 9. de Immun. Eccles.* Potest tamen privatum in Ecclesia orare, & Sacramenta recipere; nam cum hæc non exprimentur in jure. *c. 20. h. t. in 6.* Non debet extendi prohibitio, utpote odiosa, ut contra aliquos tenent *Navar. Man. cap. 27. n. 170. Suar. de Cens. D. 35. sect. 4. n. 15.* Et cum hæc prohibitio non sit absoluta, sed limitata, potest sic interdictus in Oratorio Divina Officia audire, vel celebrare; imò, & in cæmeterio, non tamen potest ibidem sepeliri; *arg. c. 20. h. t. in 6. Covar. in C. Alma, p. 2. §. 1. Sur. de Cens. D. 35. sect. 4. ex n. 3.*

429 Interdictum ferre possunt Papa, Legatus, Episcopus, & quidem hodie, saltem ex consuetudine: etiam sine Capituli assensu requisito in *c. 1. de Excessib. Prælator.* Item Capitulum Sedevacante, medio ejus Vicario. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 26. Prælati Regulares; arg. c. 3. de Offic. Ord.* Hodie tamen saltem ex consuetudine solum possunt ligare suos subditos interdicto personali, non tamen locali loca sibi subjecta. *Suar. de Cens. D. 36. sect. 1.* Licet interdictum partiale, & ad breve tempus; quia levis poena est, & facile auferibilis, possit ob culpam veniale imponi, non tamen interdictum absolutum ob rationem contrariam. Interdictum personale speciale potest potestate ordinaria imponi ob æris alieni restitutionem culpabilem contra eum, qui est in culpa; non tamen potest absque speciali licentia Pontificis imponi interdictum locale generale pro delicto commisso à Capite communitatis in retentione æris alieni. *Extrav. 2. h. t. inter com. imò nec locale speciale, ut ex ipsa Extrav. deducunt, & meo judicio litteraliter. Covar. in C. Alma, p. 2. §. 1. Avil. de Cens. p. 5. D. 3. dub. 3. concl. 2. & alii contra Navar. Man. cap. 27. n. 168. Suar. D. 36. sect. 3. n. 8.* Et ob identitatem rationis ejusdem *Extrav. 2. h. t. inter com.* ne scilicet innocentes graventur ob causam temporalem, & quæ alia via tolli potest, qualis est repetitio æris injustè detenti dicendum est, quod nec interdictum personale generale imponi potest ob retentionem æris alieni factam à Capite

communitatis. Ut interdictum locale à jure impositum obliget, & necessarium, quod Judex declaret, & denuntiet interdictum, ita ut nullus possit ignorantiam præterdere, declarando delictum, cui interdictum est annexum, vere esse commissum, & quod interdictum servetur ab eis in quorum gratiam appositum est: si ipsi non servent Ecclesia illud remittere censetur. *c. 20. de Privileg.* Personale autem debet personæ specialiter denuntiari, alias fideles eum non tenentur vitare, licet ipse non possit se Divinis ingerere, si tamen à fidelibus requiratur, potest Divina Officia, & Missas, si Sacerdos sit, celebrare. Non solum persona particularis doli capax, sed etiam communitas subjecta interdicti ab eo potest personaliter interdicti: quo interdicto comprehenduntur, etiam absentes, & qui post interdictum latum, sunt ejusdem communitatis partes, etiam Clerici, & Religiosi, & Magnates. Interdictum etiam innocentes afficit, non tamen propriè puniuntur, sed Ecclesia justè substrahit suos favores, & officia tam nocebuntibus, quam innocentibus: non tamen comprehenduntur infantes, vel amentes talis communitatis, nisi quia nequeunt in loco Sacro sepeliri, nec illi, qui ibi habeant tantum quasi domicilium, cum sint exteri, nec qui recedunt animo mutandi domicilium. Qui duo domicilia habent, interdicto populo, in quo de præsentibus habitant, ut partes illius interdicto subjacent, ut contra *Lacr. lib. 7. n. 416. & alios tenent Suar. de Cens. D. 32. sect. 2. n. 16. & alii.*

430 Interdicto populo non censetur interdictus Clerus: nec interdicto Clero censetur interdictus populus; imò, nec Religiosi, ut contra *Navar. Man. c. 27. n. 167. Covar. in C. Alma, p. 2. §. 1. n. 8. Suar. de Cens. D. 32. sect. 2. n. 13.* tenent plures nisi interdictum sub nomine personarum Ecclesiasticarum feratur: nam tunc veniunt Regulares utriusque sexus. *Sylv. V. Interdictum, 2. n. 19. Castropal. tr. 29. D. 5. p. 2. §. 2. alique DD. cum Lacr. lib. 7. n. 410.* Interdicto alicujus Ecclesiæ Clerico, non creditur Ecclesiæ interdicta, ac proinde alii Clerici in ea possunt Divina celebrare, & Laici audire, nunquam tamen nisi expressè nominetur, censetur Episcopus interdictus. *c. 4. h. t. in 6.* Interdicta localiter terra alicujus Principis, omnes terræ in quibus ipse habet dominium plenum interdicuntur, etiam si eas postea vendat: secus si ha-

beat,

beat, tantum jurisdictionem, vel usum fructum. Et non solum templa existentia, sed si quæ postea extruantur in toto, vel in parte comprehensa censentur, non tamen extenditur interdictum ad terras, quas post ipsum latum, Dominus acquirit, nisi expressè in sententia contineantur; *arg. c. fin. de Rescript.* Interdicta Diocesis, omnia loca, & Civitates illius, & Chatedrales subjacent interdicto. Interdicta Ecclesia, Capella, & Cæmeterium contiguum continentur. Interdicta Civitate etiam Cathedralis Ecclesia est interdicta; imò, & suburbia, & ædificia continentia, etiam extra ambitum murorum Civitatis, & etiam si non sint subjecta interdictum ferenti, si scilicet adeò contigua, vel proxima sint, ut facile ad ea possent accedere ab Divina percipienda fideles Civitatis interdictæ. Nam si hoc posset fieri, facile sententia interdicti eluderetur, & contemneretur: secus si ei contigua non existant. *c. 17. h. t. in 6. Suar. de Cens. D. 32. sect. 2. ex n. 19. Lacr. lib. 7. n. 410.* Interdicta Capella, vel Cæmeterium, non censetur interdicta Ecclesia principalis, nam hæc in accessorio non comprehenditur.

431 Ab interdicto locali, sive generali, sive speciali: & à personali generali solum potest absolvi, qui habet jurisdictionem Episcopalem, in locum, & communitatem. Religiosi verò non possunt absolvi, nam nec locus, nec communitas foro Sacramentali, in quo tantum absolvi possunt, subjiciuntur. *Lacr. lib. 7. n. 424.* Ab interdicto personali à jure lato, & non reservato possunt absolvi quicumque Confessarii approbati. Si reservatum sit, solus Pontifex, ut conditor juris absolvit. Ex privilegio, quando delictum est occultum, absolvit in foro interno Episcopi. *Trid. sess. 24. de Reform. cap. 6.* Et Mendicantes. Ab interdicto lato per Judicis sententiam, sive locale, sive personale sit, solum, potest absolvi, qui tulit illud, vel ejus successor, vel delegatus, vel superior. Interdictum locale in Ecclesiam latum cessat, si Ecclesia destruat, etiam si alia de novo extruat: secus est, si affixum sit solo; nam tunc, etiam Ecclesia destructa, durat. Etiam personale cessat, si communitas interdicta extinguitur, quatenus communitas est, etiam si aliquis ex communitate subsistat; dummodò non sit, qui interdicto causam dedit. Nam hic interdicto speciali personali manet ligatus. *Suar. de Cens. D. 38. sect.*

Tom. II.

1. n. 9. §. 2. *Lacr. lib. 7. n. 412.* Interdictum, quod pro certo tempore, vel conditione est impositum, etiam absque absolute cessatione cessat tempore elapso, vel conditione possita, medio autem tempore solum absolvi, qui illud tulit, vel ejus successor, vel delegatus, vel superior. *Suar. de Cens. D. 38. sect. 1. num. 3. & alii com.*

432 Qui interdictum violat, committit peccatum grave contra Ecclesiæ prohibitionem in re gravi operando, nisi inadvertentia, vel materia parvitas excuset. Interdicti violatores, si sint Clerici, variè puniuntur; nam 1. fiunt ipso jure irregulares, si celebrent, vel exercent actum alicujus Ordinis Sacri, si sint personaliter, vel generaliter interdicti, vel hoc in loco interdicto faciunt. *c. 1. c. 18. §. 1. c. 20. h. t. in 6. de Sentent. & re judic. in 6. Suar. de Cens. D. 34. sect. 4. ex n. 14. 2.* Amittunt privilegium, quo in loco Sacro possent tempore interdicti sepeliri; *arg. c. 11. de Penit. & remis.* 3. Religiosi, etiam exempti, qui non servant in suis Ecclesiis interdictum locale, quod servatur in Matrice admitendo ad Divina interdictos, vel ea celebrando, excommunicationem incurrunt. *Clem. 1. h. t. Clericus, vel Religiosus, vel Monialis violantes interdictum reale, neque eligere, nec eligi, nec postulare, nec postulari ad Dignitates Ecclesiasticas possunt. c. 18. h. t. in 6.* Etiam Clerici suspendendi sunt à beneficio, si interdictum locale violent; *arg. c. fin. de Excessib. Prælator.* Qui hominem interdictum sepelit in loco Sacro non interdicto, vel non interdictum in loco interdicto majorem excommunicationem incurrit. *Cl. 1. de Sepult.* Non tamen hujus cadaver exhumandum erit, sive bona, sive mala fide sepultum sit, in loco interdicto: dum persona sepulta non sit speciali censura affecta. Ecclesia namque solum prohibet actum aliquem sepeliendi in loco interdicto, non verò effectum, seu terminum ejus postquam jam est factus: nec prohibet fidelium corpora semel sepulta in loco Sacro manere, licet interdictus sit. *Suar. de Cens. D. 35. sect. 1. n. 20.* Laici specialiter interdicti, & denuntiati si non exeunt de templo, postquam jussi sunt, ut Missa celebretur, excommunicationem Papæ reservatam incurrunt & quicumque impediunt, ne excommunicati, vel interdicti nominatim exeant ex loco Sacro, vel si pulsatis campanis Populum, ad audienda Divina in loco in-

Ddd 2

ter-

terdicto convocent; vel si Clericum, ad celebrandum publicè in loco interdicto compellant. *Cl. 2. h. t.* Alios casus efferrunt. *Suar. de Cens. D. 34. sect. 5. & alii com.* In nostra Hispania, qui habent Bullam Cruciatæ possunt tempore interdicti, sivè Apostolicum, sivè Ordinarium sit, Missam audire, in Ecclesiis aut Monasteriis, aut in Oratorio privato assignato, & approbato ab Ordinario. Etiam possunt celebrare Missam, & alia Officia Divina, vel per se, si Presbyteri fuerint, vel curare, ut alii celebrent coram se, & in præsentiâ suorum familiarium, & consanguineorum, & usque ad 4. gradum. Deinde valent suscipere Eucharistiam, & reliqua Sacramenta excepto die Paschatis, modo ipsi non dederint causam interdicti, nec per ipsos steterit, quod non fuerit sublatum, & quotiescumque dicto Oratorio ad dictos effectus utantur, debent orare mentalitèr, aut vocalitèr ad arbitrium suum pro victoria contra infideles, & unione inter Principes Christianos. Etiam tempore interdicti possunt sepeliri in loco Sacro cum moderata funeris pompa. Qui habet Bullam, tenetur die festo Missam audire tempore interdicti, quia cum possit Missam audire virtute Bullæ tenetur eam audire virtute præcepti, quamvis aliqui censeant ad hoc non teneri, ne alias quis privilegio uti cogatur, & profectò eo cogitur uti, quia per ipsum potest auferri impedimentum ad adimplendum præceptum Ecclesiæ. Nec tunc audire Sacrum censetur purum privilegium; sed privilegium mixtum cum præcepto, & in quo quidem ratio præcepti prævalet.

433 Quia aliquando crescente contumacia fidelium, non sufficiunt alia remedia ordinaria, etiam censurarum, ad lastringendam eorum proterviam, est necessarium novis morbis nova applicare medicamenta: & propterea ad significandum maiorem tristitiam, & afflictionem Ecclesiæ ob gravissimam injuriam sibi, & honori Divino illatam, solent Prælati Ecclesiastici habentes iurisdictionem in foro externo, ut Pontifex, Episcopus, Capitulum, Sedevacante, vel ejus Vicarii alique habentes iurisdictionem quasi Episcopalem indicare *Cessationem à Divinis: quæ est prohibitio Ecclesiastica Clericis imposita, ut abstineant à Divinis Officiis in aliquo loco.* Etiam vocatur *suspensio organorum, & laudis divina*, sic suum maiorem, & afflictionem significabant Israelitæ in *Psal. 136. Super*

flumina Babylonis, illic sedimus, & fleximus: cum recordaremur tui Sion, in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. Ut valide licite indicatur, debet esse pro delicto gravissimo, & notorio notorietate facti, & delinquentem debet prius moneri, an velit satisfactionem præstare, & tradendum est instrumentum autenticum indictionis cum expressione causæ, ob quam imponitur, ipsi contra quem indicitur. Qualibet ex his conditionibus deficiente cessatio erit nulla; *arg. c. 8. de Offic. Ordin. in 6.* Non est quidem Censura Ecclesiastica, licet valde affinis sit interdicto: nec à jure, sed solum ab homine imponitur, & immediatè afficit locum: personas autem solum mediatè ratione loci vel Generalis, ut Provinciæ, Civitatis, vel Villæ: vel particularis, ut Ecclesiæ, Oratorii, vel Cameterii: ac proinde etiam innocentes comprehendit. Et eam, si à Matrice servetur, etiam Religiosi exempti tenentur sub excommunicatione majori ipso facto incurrenda, servare. *Cl. 1. h. t. Castropal. tr. 29. D. 5. p. 9. §. 4.* Si cessatio sit particularis, & non servetur à Matrice nulla pœna imposita in jure, nec irregularis fit, qui cessationem hanc violat, cum in nullo jure sit statuta talis irregularitas, licet gravitèr peccet ob transgressionem Legis Ecclesiasticæ in re gravissima. *Navarr. Man. cap. 27. n. 188. Suar. de Cens. D. 39. sect. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. cap. 6. Castropal. tr. 29. D. 5. p. 9. §. 1. aliiq. DD.* Et quidem eisdem, & eodem modo, ac in tempore interdicti. *Cov. in C. Alma, p. 2. §. 4. Suarez. D. 39. sect. 2.* Cessatio à Divinis privat Divinis Officiis, & Ecclesiastica sepultura. *c. 11. de Sponsal.* scilicet solemnè nam valdè probabile est, Clericos, & Laicos posse in Ecclesia sepeliri; dum sine Divinorum Officiorum solemnitate fiat, quia hoc nullibi invenitur prohiberi. *Suar. de Cens. D. 39. sect. 2. n. 31. Laym. Castropal. & alii.* Nec possunt Clerici uti facultate in *c. fin. h. t. in 6.* Concessa pro Interdicto, ut scilicet clausis januis, & non pulsatis campanis celebrent Divina: nam cessatio non est interdictum, quin ob graviores causas, quam interdictum imponitur: ac proinde non bene fit illatio. *Nav. Man. cap. 27. n. 188. Suar. de Cens. D. 39. sect. 2.* Nec privilegiatus ad divina celebranda pro tempore interdicti censetur privilegiatus pro tempore cessationis. *Navarr. n. 189. Suar. & s.* Tempore cessationis possunt

celebrari Divina in festis Natalis Domini, Paschæ, &c. nam cum hoc à Pontifice concedatur, *c. 24. h. t. in 6.* non potest certè ab inferiori prohiberi. Etiam potest semel in hebdomada in qualibet Ecclesia Missa celebrari pro conficienda Eucharistia, & consecrati tot formæ debent, quot pro infirmis censeantur necessaria. Possunt etiam Clerici in Ecclesia bini, & bini recitare horas: nam hæc recitatio nec tempore interdicti prohibetur, quia non publica, & solemnè, sed privata est. *Suar. de Cens. D. 39. sect. 2. n. 14.* Capitulum non potest, nisi ex privilegio, vel consuetudine cessationem indicare, debetque esse de consensu Episcopi, vocarique debent omnes, qui pro electionibus debent vocari, & consultatione facta decernitur cessatio, si in eam major pars Capituli consentiat. Si aliqua ex his conditionibus desit, nulla erit cessatio. *c. 8. de Offic. Ord. in 6.* Et hæc duas ultimas condiciones debet etiam observare Capitulum, Sedevacante, saltem quando per se, & non per Vicarium eam indicit. Cessationem profectò relaxare valet, qui eam imposuit, ejus successor, delegatus, vel Superior. Quin & sine expressa relaxatione cessat, si qui eam imposuit, eam non mittat Romam, postquam intra mensem partes non se composuerunt. *c. 8. de Offic. Ord. in 6.* Non tamen tollitur, si stet per eum contra quem est lata, non mitti Romam. Deinde postquam utraque pars Romam misit, potest qui eam imposuit, eam relaxare: nam ejus iurisdictione in hoc casu non suspenditur. *Suar. de Cens. D. 37. sect. 3. ex num. 12.* Quando justè, & valdè imponitur, tenetur, qui ei causam dedit, damna innocentibus, indè secuta, compensare, scilicet, Canonicis, & Clericis, stipendia, quæ ex Missis, & Divinis Officiis adquisissent, & insuper est condemnandus in aliqua quantitate convertenda in augmentum Divini cultus; *arg. c. 2. c. 8. de Offic. Ord. in 6. Suar. de Cens. D. 39. sect. 3. n. fin.* Si tamen sine justa causa imposita est, qui eam imposuit damna compensare tenetur. *Suar. de Cens. D. 39. sect. 3. n. 15.*

434 Ad materiæ complementum necessarium videbatur censuras in jure inflatas explicare; sed quia angustia temporis, & operis, hoc non permittit, Lectores remitto ad DD. qui de hoc latiori calamo scribunt, præcipuè ad *Eximium Suarez*, qui eximè hæc pro suo more tractat.

Excommunicationes in jure Pontifici reservatæ.

Contra omnes.

- 435
1. Percutientes Clericum, vel Monachum. *C. Si quis suadent, 17. q. 4.*
2. Perseverantes per annum in excommunicatione lata à Delegato Papæ. *C. Quarenti, de Offic. delegat.*
3. Falsarios litterarum Apostolicarum. *C. ad Falsariorum, de Crim. falsi.*
4. Habentes litteras Apostolicas falsas, & illas non destruentes. *C. Dura, eod.*
5. Incendiarios à Judice excommunicatos, & denunciatos. *C. Tuanos, de Sent. excom.*
6. Sacrilegos effractores Ecclesiarum. *C. Conquesti, eod.*
7. Communicantes in crimine cum excommunicatis à Papa. *C. Nuper, eod.*
8. Eligentes potentia insignem in Senatorem Romanum. *C. Fundamenta, de Elect. in 6.*
9. Vexantes eos, qui censuram in aliquos tulerunt. *C. Quicumque, de Sent. excom. in 6.*
10. Absolutus ab excommunicatione sub conditione, & non implentes. *C. Eos qui, eod.*
11. Offendentes Cardinales. *C. Felicis, de Pœnis.*
12. Exigentes tributa à personis Ecclesiasticis. *C. Clericis, de Immunit. in 6.*
13. Violantes interdictum modis prohibitis. *Cl. Gravis, de Sent. Excom.*
14. Falsificantes monetam Regis Galliæ. *Extrav. Joan. XXII. Prodiens, de Crim. falsi.*
15. Exenterantes corpora defunctorum. *Extrav. 2. de Sepult.*
16. Violantes interdictum Sedis Apostolicæ. *Extrav. Etsi, de Pœnis.*
17. Conspirantes in personam Romani Pontificis. *Ibid.*
18. Dantes, & recipientes, ob Ingressum Religionis. *Extr. com. 1. de Simon.*
19. Simoniacos in Ordine, & Beneficio. *Extrav. 2. eod.*
20. Taxantes opinionem de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis. *Extrav. Grave, de Reliq.*
21. Dantes, & recipientes pro gratia, aut justitia apud Sedem Apostolicam. *Extrav. 1. de Sent. excom. Bulla Bonifacii VIII. 1. & Greg. XIII. 24.*
22. Offendentes Rectores, seu Præsides

des Provinciæ Marchiæ Anconitanæ. *Extrav. Joan. XXI. Dierum. de Pœn.*
 23. Occupantes bona Cardinalium tempore Conclavis. *Bulla 16. Leonis X.*
 24. Mentientes personas in Litteris Apostolicis, ut earum expeditionem gratis assequantur. *Bulla Leonis X. 27.*
 25. Impedientes executionem litterarum Sacræ Pœnitentiariæ. *Bulla Julii III. Rationi congruit. 1.*

26. Simulantes, & supponentes, se alios esse, pro obtinendis Beneficiis à Data-
Bulla 12. Pauli IV. inter. ceteras.

27. Committentes duellum, & illud consulentes. *Concil. Trident. cap. 19. sess. 25. de Reform. Bulla Clem. VIII. 2. Illius vices.*

28. Mittentes litteras aut Nuncium in Conclavi, vel indè recipientes. *Bulla Pii IV. 63. In eligendis.*

29. Occupantes bona Ecclesiarum, Montium Pietatis, seu alterius loci Pii vel impediendes, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur. *Concil. Trident. cap. 11. sess. 22. de Reform.*

30. Fœminas ingredientes Clausuram Monasteriorum Regularium sub prætextu privilegii. *Bulla S. Pii V. 20. Regularium.*

31. Fœminas, & masculos ingredientes septa Monasteriorum Monialium prætextu licentiarum in casibus non necessariis. *Gregor. XIII. Bulla 28. Ubi gratia.*

32. Suadentes Papæ, ut alienet, vel infeudet loca status Ecclesiæ. *Bulla S. Pii V. 35. Admonet Nos.*

33. Cipientes, & retinentes Christianos habitantes inter Turcas, & illorum bona diripientes, aut remigare cogentes. *Bulla S. Pii V. 149. Licet.*

34. Non revelantes conspiratores, & insidiatores contra Cardinales. *Bulla ejusd. Pontif. 93. Infelices.*

35. Publicantes Indulgentias, & facultatem dantes eligendi Confessores iis, qui aliquid solvunt. *Bulla ejusd. Pontif. 99. Quam plenum.*

36. Accipientes, & retinentes fructus Beneficii vacantis, vel impediendes Beneficii possessionem non solventibus dulciaria, sive aliam solutionem. *Bulla ejusd. Pontif. 104. Durum nimis.*

37. Facientes jurare illicita, & contraria libertati Ecclesiasticæ. *Bulla Greg. XIII. 93. Inter Apostolicas.*

38. Diripientes animalia, & bona, vel illa furata, ementes ex statu Ecclesiastico. *Bulla ejusd. Pontif. 98. Non sine.*

39. Violantes immunitatem Ecclesiarum. *Bulla Greg. XIV. 7. Cum. alias.*

40. Docentes posse fieri confessionem

Sacramentalem in absentia per litteras. *Bulla Clem. VIII. 87. Sanctissimus.*

41. Extrahentes frumentum, blada, legumina, & oleum extra statum Ecclesiasticum sine licentia. *Paulus V. Bulla 12. Inter gravissimas.*

42. Docentes, aut defendentes, etiam disputativè opiniones damnatas. *Decreta S. Congreg. S. Officii, annis 1665. 1666. 1679. & 1690. emanat.*

Contra Clericos.

43. Participantes in Divinis cum excommunicato à Papa. *C. Significavit, de Sent. excom.*

44. Inducentes ad jurandum de eligenda, vel de electa non immutanda sepultura in eorum Ecclesiis. *Clem. Cupientes. §. Sanè, de Pœn.*

45. Commissarios, seu Delegatos interponentes Decretum, per gratiam, aut timorem, vel sortes in alienatione bonorum Ecclesiæ, aut per alios fieri alienationem dolosè procurantes. *Bulla 2. Pauli II. Cum in omnibus.*

46. Prædicatores non servantes Decreta pro eis lata in Concilio Lateranensi. *Bulla Leonis X. 12. Superne.*

47. Retinentes Beneficia in confidentiam. *Bulla Pii IV. 85. Romanum Pontificem. Bulla S. Pii V. 85. Intolerabilis.*

48. Absolventes sub prætextu privilegiorum à casibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinaris reservatis. *Decretum S. Congreg. Episc. & Regular. à Clem. VIII. approbatum anno 1601.*

49. Trahentes personas Ecclesiasticas ad forum Laicale. *Bulla Martini V. 10. Ad reprimendas.*

50. Consentientes usurpationibus bonorum Ecclesiarum. *Concil. Trid. cap. 11. sess. 22. de Reform.*

Contra Regulares.

51. Administrantes Sacramenta Extræ-Unionis, & Eucharistiæ infirmis, vel matrimonium solemnizantes sine licentia Parochi. *Clem. 1. de Privileg.*

52. Absolventes sub prætextu privilegiorum à casibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinaris reservatis. *Decret. Cle. VIII. insuprà.*

53. Euntes ultra mare sine licentia superiorum. *Extrav. Ad nostram de Regular.*

54. Mendicantes transeuntes ad non Mandicantes. *Extrav. Viam ibid.*

55. Moniales exeuntes de clausura absque licentia. *Bulla S. Pii V. 8. Decori.*

56. Superiores non denuntiantes Religiosos, qui sunt suspecti de hæresi Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum. *Bulla Pauli V. 26. Romanus Pontifex.*

57. Minores de observantia subornantes vota in electionibus. *Bull. S. Pii V. 128. Pastoralis.*

58. Claustrales recipientes Minimos sine licentia Papæ. *Bulla Julii II. Virtute conspicuus, extra Bullarium.*

59. Tertiarios portantes habitum minorum. *Bulla Leonis X. Licet alias, extra Bullarium.*

60. Minores admitentes in eorum Ecclesiis tempore interdicti ad Divina Fratres, & Sorores Tertii Ordinis. *Clem. Cum ex eo, de Sent. excom.*

61. Clericos Regulares Societatis JESU discedentes sine licentia à Societate, etiam si prætextu melioris frugis transeat ad alium ordinem (exceptis Cartusianis) *Bulla Gregor. XIII. 89. Ascendente.*

62. Clericos Regulares Congregationis de Somascha transeuntes ad arctiorem sine licentia Superioris (exceptis Cappucinis, & Cartusianis) illorumque Receptores. *Sixtus V. Bulla 4. Equum.*

63. Inducentes adjurandum de eligenda, vel de electa non mutanda sepultura in eorum Ecclesiis. *Clem. Cupientes, §. Sanè, de Pœn.*

Contra Personas publicas.

64. Prælatos vexantes censuris commorantes in servitio Papæ. *Extrav. 3. de Priv.*

65. Cardinales contravenientes in electione Pontificis. *Bulla Julii II. 3. Cum tam Divino.*

66. Cardinales revelantes ea, de quibus Papa eis silentium indixit. *Bulla Leonis X. 7. §. 31. Et quotiescumque.*

67. Episcopos, qui conferunt Beneficia, contra præscriptum Bullæ S. Pii V. in eorum manibus resignata. *Bulla 58. Quanta.*

68. Cardinales ambientes Papatum, & Simoniacos ejus causa. *Pauli IV. Bulla 16. Cum secundum.*

69. Cardinales Simoniacos in Beneficiis. *Bulla S. Pii V. 85. Hodie in Consistorio.*

70. Judices, Officiales Laicos, ac Prælatos Ecclesiasticos, trahentes personas Ecclesiasticas ad forum Laicale. *Bulla Martini V. 10. Ad reprimendas.*

71. Dominos temporales, qui in terris eorum suppositis interdicto, cogunt celebrare, & audiri Divina Officia. *Clem. Gravis, de Sent. excom.*

72. Officiales, ac Dominos temporales, bannientes, seu facientes, & mandantes bannire personas Ecclesiasticas. *Bulla Urbani VI. 3. Quia sicut.*

73. Officiales, Judices, & Dominos temporales percipientes, vel bannientes Episcopos, vel hæc mandantes, aut facta ab illis ratificantes. *Clem. 1. de Pœn.*

74. Principes, & Dominos temporales, concedentes locum, vel permittentes duellum in terris suis. *Conc. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 19. Bulla Clem. VIII. 11. Illis vices.*

75. Episcopos, & Inquisitores, eorumque substitutos, qui faciendo, vel omittendo contra diffamatos de hæresi, delinquant in officio. *Clem. Multorum. §. Verum, de Heret.*

76. Officiales, & Ministros Cameræ Apostolicæ non reddentes integra computa. *Bulla Pauli III. 40. Cum sicut.*

77. Gubernatores Civitatum, & locorum status Ecclesiastici recipientes munera: præter comestibilia. *Bulla Pauli II. 3. Munera.*

Excommunicationes juris non reservatæ.

Contra omnes.

436

1. Qui ex Magistris, aut Scholaribus Bononiæ conducunt domos alterius Doctoris, aut Scholaris. *c. 1. de Locato.*

2. Qui ratas habent Collationes Ordinum, & Beneficiorum à Scholasticis. *c. 1. de Schismat.*

3. Qui vexant Ecclesiasticos, quod non eligerint eum, pro quo rogabatur. *C. Sciant, de Elect. in 6.*

4. Qui titulo regaliam, aut defensionis occupant bona Ecclesiæ vacantis. *C. Generali, eod.*

5. Qui tanquam directores præsentent electionibus Monialium, & discordias fovent. *C. Indemnitatibus, eod.*

6. Qui procurant, ut conservatores Regularium se immisceant in aliis, quam in manifestis injuriis, & violentiis. *C. fin. de Offic. deleg. in 6.*

7. Qui extorquent absolutionem, à censuris per vim, aut metum. *C. un. de Hæc, que vi metus in 6. Et absolutio est nulla.*

8. Qui ex Judicibus accedunt ad mulieres ex causa ficta, ad excipiendum testimonium. *c. 2. de Judic. in 6.*

9. Qui ex Laicis compellunt Ecclesiasticos, ut sibi submittant jura Ecclesiæ. *c. 2. de Reb. Ecclæs. non alien. in 6.*

10. Qui exigunt pedagia, &c. ab Ecclesiasticis personis. *c. 4. de Cens. in 6. Videtur nunc reservata in Bulla Coenae. Can. 18.*

11. Qui docent Jus Civile, vel Medicinam Religiosos habitum dimittentes. *c. 2. Ne Clerici. in 6.*

12. Qui sepiunt hæreticos in loco Sacro scienter. *c. 2. de Hæret. in 6.*

13. Qui mandant interfici Christianum per Assassinos. *c. 2. de Homic. in 6.*

14. Qui concedunt, vel concessas repressalias extendunt adversus Ecclesiasticos. *C. un. de Injur. in 6.*

15. Qui sequestrum ab Ordinario super beneficio factum impediunt, vel fructus occupant. *Cl. un. de Sequestr. possess.*

16. Qui tempore interdicti, vel interdictos nominatim publicè excommunicatos, aut usurarios manifestos sepepiunt in loco Sacro. *Cl. 1. de Sepult.*

17. Qui impediunt Visitatores Monialium. *Cl. Attendentes, de Statu Monach.*

18. Qui scienter contrahunt Matrimonium in gradibus prohibitis, vel cum Moniali. *Cl. un. de Consang.*

19. Qui impugnant litteras Papæ non coronati. *Extrav. ult. h. t.*

20. Qui imprimunt libros absque licentia Superiorum. *Bulla 12. Leonis X.*

21. Qui edunt Glossas, & Scholia in Tridentinum. *Bulla 73. Pii IV.*

22. Qui assentunt ante susceptionem Eucharistiæ, non esse necessariam Confessionem peccato mortali obstrictis. *Trid. sess. 13. Can. 11. de Eucharist.*

23. Qui rapiunt mulieres, & rapientibus favent. *Trid. c. 9. sess. cit.*

24. Qui cogunt, vel impediunt mulieres ab ingressu Religionis. *Trid. sess. 25. C. 9. de Regul.*

25. Qui vexant personas, res, & Officiales Sancti Officii. *Bulla 82. S. Pii V.*

26. Qui pingunt, deaurant, &c. Agnos Dei à Pontifice benedictos. *Bulla 2. Greg. XIII.*

27. Qui non denuntiant S. Officio, vel Ordinario, hæreticos, magos, sortilegos, & hæreticaliter blasphemantes Deum, B. Virginem, & Sanctos. *Edictum Sancti Officii.*

Contra Clericos.

28. Qui se ingerunt in alterius Episcopatu ad officium sine licentia proprii Episcopi. *C. Quoniam, de Offic. ordin.*

29. Qui publicè audiunt Medicinam, aut Leges, & Sacerdotes suum personatum habentes. *C. fin. Ne Clerici.*

30. Qui ex Sacerdotibus recipiunt præfecturas Sæculares, & moniti non dimittunt. *C. Clerici, eod.*

31. Qui procurant, ut alii occupent jura, & bona Ecclesiarum vacantium. *C. Generali, de Elect. in 6. Sed in Trid. sess. 22. cap. 11. de Reform. Videtur hæc excommunicatio esse reservata.*

32. Qui in Sacris constituti contrahunt matrimonium. *Clem. un. de Consang.*

33. Qui alienant, vel ultra triennium locant bona Ecclesiarum. *Extrav. Ambitiosa, de Reb. Eccles. alien.*

34. Qui fictè resignant, vel permittant beneficia. *Bulla 58. S. Pii V.*

35. Qui in concionibus, vel disputationibus impugnant Montes pietatis. *Bull. 11. Leon. X.*

Contra Religiosos.

36. Qui non adimplent disposita in Alexandri VII. Bulla, quæ incipit: *Felici*: in visitatione Monialium sibi subiectarum.

37. Qui audiunt, vel docent extra Claustra Jus Civile, vel medicinam. *C. Non magnopere. C. Super specula. Ne Clerici.*

38. Qui instituunt novum Ordinem (vel locum acquirunt, secluso privilegio) sine licentia Papæ. *C. un. de Relig. Dom. in 6.*

39. Qui ex professis temerè dimittunt habitum. *c. 2. Ne Clerici, in 6.*

40. Qui occupant decimas Ecclesiis debitas, vel illas solvi prohibent. *Clem. 1. de Decim. Clem. Cupientes, de Pœnis.*

41. Qui adeunt Curias Principum ad nocendum suis Prælatibus, vel Monasteriis. *Clem. Ne in agro, S. Quia verò, de Stat. Monach.*

42. Qui tenent arma intra Claustra sine licentia Abbatum, & sunt Monachi nigri. *Ibid.*

43. Qui ex professis contrahunt Matrimonium. *Clem. un. de Consang.*

44. Qui ex Mendicantibus recipiunt novas domos, vel receptas alienant sine licentia Papæ, & privilegio. *Cl. Cupientes, de Pœnis.*

45. Qui non observant interdictum à Papa, vel Episcopo positum. *Cl. 1. h. t.*

46. Qui ex Cappuccinis recipiunt Minores de Observantia sine licentia Sedis Apostolicæ, aut Ordinis Generalis, & qui recipiuntur. *Bull. 20. Sixti V.*

Contra Episcopos, & Nuntios.

47. Qui veniunt ad Urbem, & inde

recedunt sine licentia Papæ. *Extrav. 2. & 3. de Majorit. & obed.*

48. Qui impetrant litteras à Principibus ad Dignitates. *Bull. 99. Pii IV.*

Contra Dominos temporales.

49. Qui prohibent subditis, ne quidquam vendant Ecclesiasticis, aut emant aliquid ab eisdem, neque eis blandum molant, aut alia obsequia præstent. *C. Eos, qui de Immunit. Eccles.*

50. Qui se opponunt, vel impediunt Episcopos, vel Inquisitores in officio Inquisitionis. *C. Ut inquisitionis, de Hæret. in 6.*

51. Qui concedunt repressalias contra Ecclesiasticos. *C. un. de Injur. in 6.*

52. Qui retinent in Italia nomen Vicarii Imperatoris vacante Imperio. *Extravag. Si fratrum. Joann. XXII. Ne Se devacante.*

53. Qui contra persecutores Cardinalium non servant statuta in *C. Felicis, de Pœnis, in 6.*

54. Qui permittunt agitationes taurorum in terris suis, nempe periculosas. *Bull. 48. S. Pii V.*

Contra Magistratus, & Judices.

55. Qui post tertiam admonitionem negligunt reddere Jus Ecclesiasticis. *C. Administrationes, 12. q. 5.*

56. Qui faciunt servari statuta contra libertatem Ecclesiasticam. *C. Noverit. h. t.*

57. Qui extorquent pecuniam prætextu officii Inquisitoris. *Clem. 2. de Hæretic.*

58. Qui fovent usuras, & approbant. *Clem. 1. de Usuris.*

59. Qui auxilium non præstant Episcopo pro conservanda clausura Monialium. *Trid. sess. 25. c. 5. de Regular.*

60. Qui ex Rectoribus Universitatum promovent ad Doctoratum, vel professoriam eos, qui non emisserunt professionem Fidei. *Bull. 88. Pii IV.*

61. Qui Cardinalibus Inquisitoribus in rebus ad officium Inquisitionis pertinentibus, non obediunt. *Bull. 1. S. Pii V.*

Catalogus Suspensionum.

Contra Episcopos.

437

1. Qui primam tonsuram conferunt infanti, illiterato, conjugato. *C. Nullus, de Temp. ordin. in 6.*

2. Qui ordinent simoniacè. *C. penult. de Simon. Extrav. 2. eod.*

3. Qui Sacrum Ordinem conferunt Religiosis non professis. *Bull. 75. S. Pii V. exceptis Religiosis Societatis Jesu.*

4. Qui ordinant Monachum sine licentia Abbatis, vel alium non subditum sine licentia proprii Ordinarii. *C. fin. D. 58. Trid. sess. 23. c. 8. de Ref.*

5. Qui ordinant proprios subditos in aliena Diocesi sine licentia Ordinarii. *Trid. sess. 6. c. 5. de Ref. Taceo suspensiones ferendæ sententiæ in malè ordinantes à jure decretas.*

6. Qui beneficiis privant commorantes in Curia Romana. *Extrav. Divina, de Privileg.*

7. Qui jura, & bona Ecclesiæ submittunt Laicis sine Capituli, & Papæ consensu. *C. Hoc consultissimo, de Reb. Eccles. non alien. in 6.*

8. Qui in proprium usum convertunt bona Beneficiorum vacantium. *C. fin. de Offic. ordin. in 6. sed tantum est suspensio ab ingressu Ecclesiæ.*

9. Qui abutuntur potestate delegata in causa alienationis bonorum. *Bull. 2. Pauli. II.*

10. Qui admittunt resignationes Beneficiorum contra formam præscriptam in Bulla 58. S. Pii V.

11. Qui negligunt procedere contra simoniacos. *C. 102. 1. q. 1.*

12. Qui sunt Inquisitores, & delinquant in officio. *Clem. 1. de Hæret.*

13. Qui procurant capi Ecclesiasticos, ut renuntient beneficiis, vel citatos impediunt ab accessu ad Sedem Apostolicam. *Clem. 2. de Pœnis.*

14. Qui quoad fructus beneficiorum vacantium non servant. *Extrav. 2. Joan. XXII. de Elect.*

15. Qui confirmant, & conservant electum sine prævia Inquisitione. *C. Prævida, eod. in 6.*

16. Qui promoti ad Ecclesias accedunt, non expeditis litteris, ac non præstito fidelitatis juramento. *Extrav. 1. eod. int. com.*

17. Qui ob crimen concubinitus mo-

Ecc ni-

niti à Synodo Provinciali se non emendant. *Trid. sess. 25. c. 14. de Ref.*

18. Qui relaxant incendiariis penas à jure inflictas. *C. Pessimam, 23. q. 8.*

19. Qui publicant Indulgentias, & facultatem eligendi Confessarios dant solventibus aliquid. *Bull. 99. S. Pii V.*

20. Qui non visitant limina Apostolorum tempore præscripto. *Bulla 15. Sixti V.*

21. Qui ingrediuntur Monasteria Monialium in casibus non necessariis. *Bulla 28. Greg. XIII.*

Contra Capitula, & Communitates.

22. Quæ occupant bona à Prelato relicta, vel obvenientia tempore vacationis. *C. Quia sapè, de Elect. in 6.*

23. Quæ recipiunt Prælatum in Curia promotum absque litteris Papæ *Extrav. 1. eod.*

24. Quæ in Religionis ingressu à se admissio ex pacto recipiunt prandia, pastum, pecunias, jocalia. *Extrav. Sanè, de Simon.*

25. Quæ in resignatione beneficiorum non observant contenta in *Bulla 58. S. Pii V.*

Contra Clericos privatos, & singulares.

26. Qui recipiunt Ordines Sacros ante legitimam ætatem, vel non servatis interstitiis: vel extra tempora: vel censura irretiti: vel à schismatico (quod communiter extendunt ad eos, qui ab excommunicato) vel ab eo, qui renuntiavit Episcopatu: vel à proprio Episcopo in aliena Diocesi sine debita licentia: vel ab Episcopo Titulari tantum sine licentia Ordinarii proprii: vel ab alieno Episcopo sine licentia proprii. *C. Vel non est compos. C. Cum quidam, de Tempor. ordin. Bull. 7. Pii II. C. illorum, de Sentent. excomm. c. 1. & 2. de Schismat. c. 1. de Ord. ab Episc. qui renunt. Trid. sess. 6. cap. 5. de Reform. sess. 14. cap. 2. de Ref. sess. 23. cap. 8. de Ref.*

27. Qui ordinantur sine, vel ficto titulo. *C. Neminem C. Sanctorum, D. 70. Bull. 33. Urban. VIII.*

28. Qui ordinantur in Sacris post matrimonium, etiam ratum tantum. *Extrav. Antiquæ, de Voto.*

29. Qui ordinantur in Sacris cum litteris dimissoriis à Capitulo infra annum, sedevacante, datis: & qui ordinantur per saltum. *Trid. sess. 7. c. 10. de Ref. & sess. 23. c. 14. de Ref.*

30. Qui impugnant personam electi, & in probatione deficiunt. *C. 1. de Elec. in 6.*

31. Qui electo à se Episcopo infra 8. dies non præsentant electionem. *C. Cupientes, eod. in 6.*

32. Qui eligunt per abusum secularis potestatis. *c. 13. de Elect. sed est ferenda sententia.*

33. Qui eligunt indignum ad Episcopatum, vel Beneficium curatum: licet sint compromissarii tantum. *C. Cum in cunctis. C. Compromissarius, eod. in 6.*

34. Qui postulant in Episcopum minores 27. annis, vel Religiosos Medicantes. *Extrav. un. de Postul. Prælat.*

35. Qui ab usurariis manifestis recipiunt oblationes, vel eos sepeliunt. *C. Quia in omnibus, de Usur.*

36. Qui publicè utuntur virgata, vel partita veste sine causa. *Clem. 2. de Vita, & honest.*

37. Qui occupant bona Ecclesiarum vacantium, vel à Prælatiis relicta. *C. Quia sapè de Election. in 6.*

38. Qui Ecclesias sibi commissas gravant alienis debitis. *c. 2. de Solut.*

39. Qui recipiunt procuraciones pro visitatione, officio non impenso. *C. Exigit. de Censib. in 6.*

40. Qui sunt notorii concubinarij. *C. fin. de Coabit. Cleric.*

41. Qui celebrant Missam, & in ea non communicant. *C. Relatum, D. 2. de Consecrat.*

42. Qui Missam jam inchoatam abruptunt sine gravi causa. *c. 57. D. 1. de Consecrat.*

43. Qui simoniacè ordinantur. *C. penult. de Simon.*

44. Qui spontè jurant de tenendo schismate. *c. 1. de Schismat.*

45. Qui celebrant coram excommunicato. *c. 18. & ibi Glos. de Sent. exc. in 6.*

46. Qui in concionibus disputant de Immaculata Conceptione B. V. vel eam impugnant, vel de ea scribunt in vulgari lingua. *Bull. 114. S. Pii V. Bull. 29. Gregorii XV.*

47. Qui recipiunt Prælatos, à Sede Apostolica promotos sine litteris. *Extr. 1. de Election.*

48. Qui rapiunt mulieres. *Trid. sess. 24. c. 6. de Reform. matrim.*

Qui

de Sententia excommunicationis, suspensionis, &c. 403

49. Qui nefandum Sodomie criminem exercent. *Bull. 72. S. Pii V.*

50. Qui aliquid faciunt in judicio per gratiam, vel sordes in gravem injustum partis. *C. 1. de Sent. & re jud. in 6.*

51. Qui ex Parochiis jungunt sponso alterius Parochie sine licentia proprii Parochi. *Trid. sess. 24. cap. 1. de Reform. matrim.*

52. Qui ex conservatoribus Regularium se immiscunt in aliis, quam manifestis injuriis. *C. fin. de Offic. delegat.*

53. Qui ex superioribus Ecclesiarum non exigunt singulis annis rationem de adimpto onere Missarum. *Bull. Innoc. XII. 1607.*

Contra Regulares Prælatos, & Subditos.

54. Qui ex Superioribus concedunt redditus aut possessiones Monasteriorum aliis: vel aliquid ratione excessuum suorum Religiosorum adquirent; & non satisfaciunt damnificatis, vel qui à Sacristis, &c. non exigunt singulis annis rationem de adimpto onere Missarum. *Clem. 1. de Reb. Eccl. Clem. 1. de Privileg. Bull. Innoc. XII. cit.*

55. Qui tam Superiores, quam subditi recipiunt alumnos ad Professionem ante expletum probationis annum: vel sibi appropriant decimas ad se non pertinentes. *C. Non solum, de Regular. in 6. Clem. 1. Decimis.*

56. Qui nondum Professi recipiunt Ordines Sacros. *Bull. 75. S. Pii V. nempè extra Societatem Jesu.*

57. Qui mulieres introducunt intra Clausuram Monasteriorum. *Bull. 20. S. Pii V.*

58. Qui consentibus non faciunt conscientiam de solventis decimis. *Clem. Cupientes, de Pænas.*

59. Qui non deferunt habitum in Regulari prescriptum. *Cl. 1. de Stat. Monach.*

60. Qui faciunt Apostasiam ab Ordine, & in ea recipiunt Ordines. *C. fir. de Apostat.*

61. Qui ejiciuntur à Religione. *Bulla 26. S. 1. & Urban. VII.*

Catalogus Interdictorum.

Interdicta localia.

438

1. Contra Dominos temporales, quorum Tom. II.

rum loca subjacent Interdicto, si impediant, ne Legatus, vel Nuntius Papæ fungatur suo officio. Item si quis injuriosè percutit, capit, bannit, Episcopum. *Extrav. Super gentes, de Consuet. Clem. 1. de Pænis.*

2. Contra Civitatem, quæ supponitur interdicto, si hostialiter insequitur Cardinales. *C. Felicis, de Pænis in 6.*

3. Contra Ecclesias tam Sæcularium, quam Regularium, qui aliquem inducunt, ut juret, vel promittat ibi eligere sepulturam, si postea ibi sepeliatur jurans, vel permittens. *C. 1. de Sepultur. in 6.*

4. Contra Collegia, & Universitates, quæ exigunt gabellas, &c. vel aliquid contra libertatem Ecclesiasticam. *Bull. 39. Gregor. XIII.*

Contra Universitates.

5. Quæ usurariis locant habitationem, vel fœnus publicè exercere sinunt. *C. 1. de Usur. in 6.*

6. Quæ concedunt, vel extendunt repressalias contra Ecclesiasticos. *C. un. de Injur. in 6.*

7. Quæ non servant circa fructus beneficiorum vacantium statuta in *Extrav. un. Ne Sedevacante.*

8. Quæ à sententia Papæ appellat ad futurum Concilium *Bulla Cænae casu 2.*

9. Quæ ex Capitulis Cathedralibus infra annum, Sedevacante, concedunt Dimissorias litteras. *Trid. sess. 7. c. 10.*

10. Quæ exigunt tributa ab Ecclesiasticis. *C. Quamquam, de Censib. in 6.*

Interdicta personalia specialia.

Contra personas singulares.

11. Quæ in ferendis censuris non observant formam, à jure præscriptam. *C. 1. de Sent. excomm. in 6.*

12. Quæ violant interdictum locale, vel personale. *C. Episcoporum, de Privileg. in 6.*

13. Quæ dant causam interdicto locali. *C. Si sententia, de Sentent. excomm. in 6.*

14. Quæ de manu Laici recipiunt Prælaturam, vel Dignitatem Ecclesiasticam. *C. Siquis deinceps, 16. q. 7.*

15. Quæ ad Ecclesias Cathedrales promotæ intra unum mensem se non Ec 2 com-

committunt seineri ad faciendam residentiam. *Bull. 190. Urb. VIII. cum Trident. sess. 23. cap. 2. de Ref.*

16. Si Clerici in Sacris constituti jaceant in crimine fornicationis. *C. Siqui sunt, disert. 81.*

17. Si Prælati usurpet bona vacantium Beneficiorum. *Extrav. un. Ne Sedevacante.*

18. Siquis Ecclesiarum Secularium Rector, vel Minister recipiat onera perpetua Missarum sine licentia Ordinarii. *Bull. 42. Urb. VIII.*

19. Siquis Prælati edat Comentariorum in Concilium. *Trident. Bull. Pii IV. Confirmatoria ejusdem Trid.*

20. Siquis Episcopus, vel Abbas bona Ecclesiæ alienet non servata forma. *Extr. Ambitiosa de Reb. Eccl. alien.*

21. Siquis Episcopus, vel inferior Prælati exigat in visitatione excessivam procuracionem, & contra jus. *C. Exigit, de Censib. in 6. Trident. sess. 24. cap. 3. de Reformat.*

22. Siquis Ordinarius præter Beneficiorum commotantes in Urbe, & qui talia beneficia recipit, idem incurrit. *Extr. 3. de Privileg.*

23. Siquis Metropolitanus non moneat intra præscriptum tempus Pontificem, quod sui suffraganei non resident, vel antiquior ex suffraganeis, si Metropolitanus non residet. *Trid. sess. 6. cap. 1. de Reform.*

TIT. XL.

De Verborum significatione.

439 **J**US Canonicum, ad imitationem Juris Civilis, hos duos titulos generalis toti operi communes de V. S. Et de Reg. jur. in fine continet. Et quia plures, & diversas materias amplectuntur, idè satius duxi ex testibus præpositis ordine, quo in jure continentur, præcipuas deducere decisiones, & ad eas alias doctrinas pro facilliori, & pleniori intelligentia significationis verborum, seu vocum adjungere. Et quia, teste *J. C. in L. 24. ff. de Legib. in civile est, nisi tota Lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita judicare, vel respondere:* idè debet totus contextus legis, rescripti, privilegii, testamenti, contractus, vel instrumenti, vel alterius cujuscumque dispositionis attentè, & circumspèctè legi, ut sic mens disponen-

tis deducatur, declarando verba sequentia per antecedentia, & è contra. *L. 50. §. fin. ff. de Leg. 1.* Debet item ex præmio, & rubrica sensus dispositionis, vel operis declarari. *L. 134. §. 1. ff. de V. O.* Verba debent intelligi circa subjectam materiam, de qua proferuntur, & juxta qualitatem personarum. *c. 6. h. t. L. 69. ff. de Leg. 3.* Ita tamen ut jura jurius concilientur, & eorum correctio, quantum possibile sit, vitetur. *c. 29. de Elect. in 6.* His igitur prælibatis, jam operi manus applicemus, ut huic tuguriolo quasi subgrumdam adjungamus.

Cap. 1.

440

D. Hieronymus, vel Glossa Interlinearis ad ea verba Osee, c. 10. Innovate vobis novale: adjungit: *Novale est ager nunc primum præcius.* Et ut explicat nostri Textus epigraphe: est terra noviter ad culturam redacta, & c. *21. h. t. L. 8. tit. 33. p. 7. ibi: Novalis tanto quere decir. como montaña, ò xara, que es rompida de nuevo para meterla à labor.*

Cap. 2.

Ad illud *Danielis 1. nam, & Rex Nabucodonosor Pater tuus.* Ubi vocat Nabucodonosor Patrem Baltasaris addit *D. Hieronymus:* id est, *proavus;* more scripturæ, quæ avos, & deinceps patres appellat: idem de jure Civili accidit: nam nomine patrum omnes ascendentes solent intelligi. *L. 201. ff. h. t.* Sic liberorum appellatione omnes descendentes continentur. *L. 220. ff. h. t.* Et nomine viri, etiam femina intelligitur. *L. 1. ff. h. t. L. 6. tit. 33. p. 7.* Et hic obiter notandum est, quod Sacra Scriptura in quaduplici sensu potest intelligi, in sensu nempe litterali, allegorico, tropologico, seu morali, & anagogico; & quid uniusquisque significet in his versibus declaratur. *Littera gesta docet: quid credas Allegorica: Moralis quid agas: quid speres Anagogica.* Sic hæc vox *Jerusalem* secundum sensum litteralem Civitatem Jerusalem significat, secundum allegoricum Ecclesiam: secundum tropologicum, seu morale, animam fidelem: secundum anagogicum, cœlestem patriam, quam in hoc Mundo peregrini inquirimus significat.

Cap.

Cap. 3.

In *c. 4. Prov. dicitur Salomon unigenitus,* cum fratrem uterinum constet præcessisse: quia ait *D. Hieronymus* hic: *Ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit.* Nec enim natus videtur, qui confestim, est mortuus. *Sanchez. de Matrim. lib. 3. D. 18. n. 6.* Nec nomine filiorum veniunt, qui mortui nascuntur. *L. 8. tit. 33. p. 7.* nec monstruosi habentes figuram bestiarum. *L. 14. ff. de Stat. hom.* Verba enim in Legibus, contractibus, testamentis, privilegiis rescriptis, sententiis, quin & in dispositionibus odiosis, & pœnalibus, ita debent sumi, ut non superflua, sed cum effectu sint, etiam si ad hoc sit necessarium, verba aliquantulum impropriari. *c. 17. de Pœnit. D. 1. c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. 2. ff. Quod quisque jur. Deinde dicitur unigenitus, etiam si ex lib. 1. Paralip. cap. 3. v. 5. Constat David ex Bersabe suscepisse alios tres filios. Dicitur denique unigenitus coram matre sua, quia erat præ omnibus dilectus.*

Cap. 4.

Matth. cap. 1. dicitur: Cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Ex hoc textu male inferebant aliqui hæretici, quod *B. V. Maria* post partum cognita à *Divo Josepho* fuisset, ut refert *S. Epiphanius.* Nam ut bene notat *D. Hieronymus*, hic, non sequitur, ut postea convenerint, sed *Scriptura, quod factum non sit, ostendit.* Imò potius sunt verba improprianda, quam admittere absurdum, ut in præsentem sequeretur. Similiter impropriantur; quando natura rei illis repugnat, vel quando jus tertii læditur, vel quando sequitur correctio juris; vel superfluitatem continentur, vel acrum perire, vel delictum probarent: nam cum in dubio de nullo delictum præsumatur. *L. 51. ff. Pro socio,* debet potius aliquantulum verborum significatio impropriari, quam declinare in pejorem partem. *c. 2. de Reg. jur. Barbar. Axiomat. juris 202. per tot.*

Cap. 5.

Matth. cap. 1. ait de Divo Josepho:

Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Ubi *D. Hieronymus* ait, ex hoc loco, quidam perversissime suspiciantur, & alios filios habuisse Mariam, dicentes primogenitum: cum primogenitus non debeat dici, nisi qui habeat fratres: cum hic mos Divinarum sit scripturarum, ut primogenitum, non eum vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus sit. Si verò duo simul nascuntur ex eodem partu, & ignoretur, quis prius, vel posterius natus sit, præsumitur prius natum fuisse Matrem, quam foemina: si ambo sint mares, ambo dividunt honorem provenientem ex primogenitura. Deinde: si vir, & uxor simul perierunt: v. g. in naufragio præsumitur, si alias non constet, uxorem prius periisse. Si cum filio pubere simul perierunt parentes, isti prius decessisse creduntur. Si verò ipse erat impubes, ipse creditur prius mortuus. Et juxta hæc regulas successio hæreditarum dotis, & majoratus definienda erit. *L. 9. L. 10. ff. de Reb. dub. L. fin. tit. 33. p. 7.* Etiam hæc vox *major*, aliquando pro positivo ponitur: ita reservatio Cancellariæ de Dignitatibus majoribus habet locum, ubi est una dignitas tantum. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. n. 26.* Regulariter tamen sumitur pro comparativo positivum supponente. *L. 1. ff. de V. O. ibid. DD. Barbar. in Præsent. num. 3.*

Cap. 6.

Ubi *D. Hylarius lib. 4. de Trinitate,* ait intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermones, sed rei est sermo subjectus: nam ut communiter dicitur intentio verbis deservire non debet, sed verba intentioni. *c. 11. 22. q. 5. L. 5. tit. 33. p. 7.* Et hinc scire Leges non est verba tenere, sed mentem. *L. 17. ff. de Legib. L. 13. tit. 1. p. 1.* Alia quando interpretatio dispositionis sumitur ex causa ibidem assignata; *arg. L. 53. ff. Solut. matrim.* licet quandoque latior sit ratio quam dispositio; *arg. c. fin. de Immun. Clem. 1. de Election.* Verba simpliciter prolata, simpliciter, non secundum quid debent intelligi, alias non proprie numerentur. *L. 45. L. 69. ff. de Leg. 3. L. 1. §. 3. ff. de V. O.* Sic residentia in jure requisita, de personali debet intelligi. *c. 3. de Cleric. non resident.* provisio de beneficio vacaturo per mortem alicujus, non de casu mortis civilis, quæ per privationem,